



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Audomarus Ep. 9. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

Natæ VIRGINIS die, peculiaris eidem cœtus exscitur, Artingi primò is loci Antistitis, tum Innocent.IV.Pont.Max.auctoritate probatus: cumque stipem colligentes infantes facundo miraculo *Servos VIRGINIS clamitarent*, id hodieque scilicet nomen ferunt. Jam incrementa ordinis promisit vitis, quæ sub vernum tempus sata, mox DOMINA luce (quâ Salutatâ ab Angelo colimus) & florem & gemmam adeoque uvam exhibuit. Sed & vestes servis suis Deipara obtulit pullas, quibus & FILIVM patientem & viduam MATREM lugerent. BONFILIO deinde ad pileum voce cælesti evocato testimonium sanctitatis in vultu splendor, in toto corpore odor dixerunt, & justa hominibus permixti Cælites illis verbis cecinerunt; *Subvenite Sancti DEI, & exaudite.* Tales exequias servi VIRGINIS merentur, alias sperate qui liberti, qui libertini amatis audire. Ex Ordin. ipsius monum.

Considera quanta sit dignitas nostra, quantaque nobis proportio sit cum Mariâ: Concepit Maria Christum in carne, deferimus & nos illum in mente. Réficiens Maria Christum, cum teneris labris lac exprimeret uberum, reficimus & nos variis bonorum deliciis operum. S.Pet.Dam.serm.2.de Nativ.B.V.

S. AUDOMARUS EP. 9.Septembri.

Cœpit AVDOMARVS tunc vivere, cùm desit mater; quando nimirum à morte hujus cum patre mori mundo inter Ascetas occipit. Jucundum credo videre cælo erat, patrem unâ & filium in eâdem virtutis scholâ discere, miraculo eò majori, quod ad hanc filius patrem duxerat. Quid jam mirum, si mira alia quam plurima patravit AVDOMARVS, si radiare è ligno crucem, si exsur-

genc

10. Sept. VITÆ SANCTORVM. 441
gere è lectulis ægros , è vinculis captivos jussit? Nos duo tantum scribemus, quorū pueri unum, alterum bis pueri senes legant. Episcopus jam Morinensis adolescenti interdixerat, ne cymbâ in aquis luderet. Risit ille, & lusit. Sed inobsequen- tem venti fluctusque in altum , inde è Galliâ in Saxoniam usque ejecerunt, & ut contra immori- gerum conjurasse cum aquis terram agnosceret, latrones in littore veniente præstolabantur. Quid ageret sine velis, sine remis puer nauta? Nempe remi preces , vela divi apud D E V M A V D O M A R I merita fuerunt. His ille in patrium portum in- ve- stus , nauum Navarcho suo obsequium dehinc persolvit. Hic cùm amissos senio oculos ad D. Ve- dasti tumulum recepisset , mox facti pœnitens cùm non videret, an ex re animi esset videre, pre- catus est D E V M , iterum eriperet, si noceret, lumen. Eripuit, & in cælum abituro duces Angelos misit. Ibi ille cæcus nunc D E V M videt. Ex Surio.

Indue te, quo so, veste innocentia, ornate quasi veste polimittâ varietate virtutum, & qui te fidei annula subarrhavit, in te odorare latetur aromata gratiarum.
S.Bernard.de char.cap.31.

S. SALVIUS EPISC. 10. Septembbris.

Meritò hodie plaudimus SALVIO , qui belle omnes personas egit in eâdem vitæ fabulâ, Judex, Monachus, Abbas, Episcopus. Et ne even- tus sive Comicos, sive Tragicos desideres, bis vi- vus, bis mortuus. Unicam scenam specta. Con- cluserat, cùm Abbatem exuisset, angustâ cellâ sese. Sed natus cælo animus libertatem morte quæsi- vit reperitque. Jam extulerant mortuum , jam tumulo inferebant, cùm è ferali capulo se tollens

T 5

mul